



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Montes Pietatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Montes pietatis.

- 1 **A**pprobantur cum solutione ultra sortem pro ministris, & rerum custodia. Leo X. Anno 1515.
- 2 Moderata fit tamen solutio. *ibid.*
- 3 Prædicantes contra Montes ritè institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati. *ibid.*
- 4 Episcopi ex officio suo iuxta sacros Canones cognoscant Eleemosynas Montis pietatis, seu caritatis, & exequantur, non obstantibus quibuscunque. Trid. *sess. 22. cap. 8.*
- 5 Etiam si cura ad laicos pertineat, & exceptionis privilegio sint muniti. *ibid.*
- 6 In statu Ecclesiastico excommunicantur omnes inferiores Episcopis, qui quovis prætextu vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in vñs pauperum, disponere, cum obligatione restituendi. Paul. V. *apud Nald. Furtum. ann. 12.*

Munerum largitio vetita
Regularibus.

- 1 **N**ihil donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. VIII. Anno 1594.
- 2 Præter leuiora, esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem spectantia, nomine communi. *ibid.*
- 3 Neque per se, neque per alios. *ibid.*
- 4 Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professionis Monialium. *ibid.*
- 5 Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia superiorum in scriptis. *ibid.*
- 6 Prohibetur etiam erogatio pecuniæ in honorem alicuius, seu grati animi testificationem quouis modo significandam. *ibid.*
- 7 Quicumque recipit, tenetur ad restitutionem monasterio. *ibid.*
- 8 Pœnæ imponuntur dantibus, prina-tionis officiorum, inhabilitatis, vocis actiua, & passiuæ, ipso facto, furti, & simoniæ. *ibid.*
- 9 Quotannis legantur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem conuertantur linguam. *ibid.*

Notarius.

- 1 **P**ossunt examinari ab Episcopo, Notarii quicumque ii sint, & inepti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trid. *sess. 22. cap. 10.*
- 2 Collegium Notariorum Curia Episcopalis, si multi sunt, restituatur, quod certum numerum pro Diocesis conditione contineat. Prou. 1.
- 3 Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda. *ibid.*
- 4 Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur. *ibid.*
- 5 Reiciantur ii, qui de iure non possunt esse testes, vt indigni. *ibid.*
- 6 Neque admittantur ii, qui 25. annum non atigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèq; non sunt versati. *ibid.*
- 7 Iurent se nihil dedisse, vel promisisse pro obtinendo hoc officio, antequam admittantur. *ibid.*
- 8 Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipient à litigatoribus, vel alijs eorum nomine, præter taxam Episcopi non curabunt: vt sibi causa committantur, neque promotores erunt, vel procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumque ministro. *ibid.*
- 9 Item quod omnes actus iudiciales conscribent, conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in registrum referent, debitamq; copiam dabunt, sine fraude, contenti taxata mercede. *ibid.*
- 10 Itèq; quod secreta officii, & causarum nemini patefacient, præsertim dicta testium, & consilia Assessorum donec sententiæ lata fuerint, & subscriptæ. *ibid.*
- 11 Denique iurent, quod mandatis Episcopi parebunt, iurata officii, & iurata Officialium Collegii, seruabunt, & prædicta omnia sine dolo inuolantè præstabunt. *ibid.*
- 12 Originales processus nemini deferant, nisi alicuius inopia aliud Episcopo suadeat. *ibid.*
- 13 Et tunc non nisi in proprio pluteo, Archiuuæ loco, neq; alio asportari liceat etiam de consensu partium, præterquam iudici cause ostendenda. Prou. 5.

14 Ni-